



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. XLVII. Interamnen. fideicommissi. Deoadem materia concursus foëminarum; Et an foëminæ tam in parte conditionali quàm dispositiva, atque tam in portione proprii parentis, quàm in illa patruorum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

utrumque passim receptum est esse clarum argumentum exclusivum contemplationis agnationis incompatibilis cum concursu feminarum, earumque descendendum.

Duplicem autem dabam intellectum dictæ vocationi collateralium & transversalium, ut non excluderet præfatas feminas, earumque filios & descendentes; Primò scilicet quod cum testator hanc dispositionem ordinaverit post defectas tres lineas, tam masculinas, quam feminas dictorum filiorum verisimiliter hunc substitutionis gradum in ejus mente proraxit in tempus remotissimum terminationis dictarum linearum, quas vel earum aliquas probabiliter creëdit, & speravit longissimo tempore duraturas, quodque adeo tristis eventus contingere non deberet, ideoque rationabiliter de collateralibus in genere loquutus est, ita exprimendo illos, qui ultimo deficienti proximiores tunc extarent; Et secundò quia ut pluries supra deductum habetur, hodie, cessante contraria testatoris voluntate, receptissimum est attendendam esse proximitatem gravatam non autem gravantis, atque ex illius persona successorem regulari, qua persona spectata, rectè istis mulieribus, collateralium & transversalium vocabulum conveniebat, cum dicto fratri ultimo morienti essent collaterales, ideoque non urgente ut supra motivo contemplatæ agnationis, reflectendo etiam ad solam veritatem, certum ac planum videbatur bonum jus dictarum fororum, etiam cum facultate transmittendi hujusmodi bona ad propriam sobolem ac posteritatem, non curando assumere aliam inspectionem utporè non necessariam, parumque proficuum, tanquam restrictam ad earum personas tantum, Anposita etiam contemplatione agnationis ipsæ tanquam agnatæ & de familia habentes prærogativam lineæ præferendæ venirent dictis masculis remotioribus & de diversa linea, ideoque meritò causæ decisio pendebat à puncto renunciationis super quo principalis ac penè tota disputatio fuit.

INTERAMNEN. FIDEICOMMISSI

PRO

HELENA ET ANNA MARIA

CVM

CAROLO ET VALENTINO
DE LEONCINIS.

Responsum pro veritate.

De eadem materia concursus feminarum, Et an feminae tam in parte conditionali quàm dispositiva, atque tam in portione proprii parentis, quàm in illa patruorum concurrant cum masculis, vel eos respectivè excludant; Et de differentia inter

partem conditionalem circa portionem proprii parentis, & dispositivam circa portionem patris.

SUMMARIUM.

- 1 **F**Acti series.
- 2 De puncto, an filii in conditione positi vocati remissivè.
- 3 De Statuto Interamnen.
- 4 Stante statuto sub nomine filiorum an veniant feminae.
- 5 Distinguitur inter partem conditionalem & dispositivam.
- 6 Quod etiam in parte dispositiva veniant feminae.
- 7 De contraria opinione qua magis placet, & an in filiis primus gradus attendatur.
- 8 Quomodo in proposito attendi debeat statutum.
- 9 De ratione ob quam stantibus his statutis feminae veniant.
- 10 Quomodo, & in quo sensu hac statuta attendeantur.
- 11 An lucrum vel damnum negotiationis cedat lucro gravato vel hereditati remissivè.

DISC. XLVII.

Stephanus de Leocinis in testamento, magis quatuor filiabus jam nuptis & dotatis, hanc instituit Josephum, Franciscum, Valentinum, Carolum filios masculos, quorum aliquibus in conditione filii substituitur superfluites vel defectus filios in stirpes & non in capita; Obiit autem Joseph superfluitibus Helena, & Anna Mariani alicuius ære alieno gravatis ad favorem Caroli Valentini fratrum, & aliorum, deinde obiit Franciscus absque prole, unde propterea superfluitas ne istius orta est controversia inter dictos Carolum & Valentinum, ex una, & præfatas Helenam & Annam Mariam, ex quarum parte pro reconsultus sui de duobus ad hanc materiam partibus; Primò an ipsæ tanquam filiae in conditione posita essent vocatae ad portionem dicti Josephi patris, vel potius tanquam ex defectu conditione bona remansissent libera ejusdem patris alieno obnoxia; Et secundò circa successorem dicti Francisci, An in vim dictæ reciprocae substitutionis ipsæ prætereundæ possent aequalem concurrebant cum patris.

Super primo facilis videbatur resolutio, quoniam licet hodie pro regula recepta sit opinio negativa, receptissima tamen est pro limitatione opinio affirmativa ex conjecturis, quæ in rebus transmissis minores desiderantur, quàm in transversalibus, atque plures concurrant concurrentia, illa præsertim satis vehemens, & qua fortiora efficax reputari solet, ubi tales filii vocantur ad portionem patris, quia fortius vocati censentur ad portionem proprii parentis, ut pluries infra ad materiam filiorum in conditione positorum, & de his in *Fulginate, de Roncallis disc. 73. cum sequentibus*.

Quare major inspectio cadere videbatur super altero puncto concursus ad defectam portionem patris cum aliis patris superfluitibus, stante positum statuto feminarum exclusivo in hac civitate militante, de quo per *Rotam dec. 329. par. 10. r. 1. et alii*, quo casu plurium sententia est, necdum in parte dispositiva, sed etiam in conditionali masculis concipere femininum ex plene relatis per *Carolum resol. 128. cum aliis de quibus infra*.

Quamvis autem pro meo sensu probabilior videretur distinctio, de qua apud Peregr. art. 25. num. 44. & sequen. & Fusar. cons. 101. per totum, Et de substitutionibus quest. 31. num. 58. cum se iun. apud quos ceteri relati etiam in proximè allegandis Rotæ decisionibus, quod scilicet, Aut agitur de parte conditionali, & regulariter, non refragante restatoris voluntate deducta præsertim à contemplatione agnationis, quæ sit certa, intiat regula, ut masculinum concipiat femininum, atque sub nomine filiorum veniant etiam femina ex motivo acquiritatis, se filia excludantur à successione proprii parentis ob transverales, Aut verò agitur de parte dispositiva, & secus.

Attamen quia etiam in isto præciso casu æqualis concursus ad alteram portionem, cessante dicta circumstantia contemplationis, Rota pluries contrarium tenuit, præsertim ceteris nimis copiosè de stylo relatis in Spoletana bonorum 13. Aprilis 1646. coram Corrado impress. post Censul. in addis. ad Peregr. decis. 34. & in Eugubina fideicommissi coram Danozetti inter suas decis. 837. & 853. repetit etiam post Patell. decis. 9. & 10. Idcirco cum versarem in Statu Ecclesiastico, atque causa probabiliter vel in prima, vel in secunda instantia tractanda esset in Curia, dixi pro ipsiis feminis probabiliter respondendum videri, quodque magis victoria speranda esset, quam timenda succumbentia.

Mihi verò, ut insinuavi, hæc secunda opinio non multum aridet ex duplici circumstantia; una scilicet quod testator proprias filias neglexisset, solumque masculos vocasset, Et secundò ob dictum statutum, quod in loco viget feminarum exclusivum; Licet enim utriusque fundamento in specie respondetur in allegatis decisionibus, præsertim latius in d. Spoletana coram Corrado decis. 34. post Censul. Ad primum scilicet, quod exclusio propriarum filiarum iustum habeat motivum, ob existentiam masculorum æqualis gradus, ob quos ex communi præsertim Italiae usu feminae dote provixæ negligi solent, atque responsio in aliis casibus sed ad alios effectus videretur congrua, ut pluries advertitur *disurs. præced. & in aliis*; Et ad secundum discutere, an statutum intraret nec ne in casu intestate successione ultimi morientis, quasi quod eo tali casu non intrante, neque intraret in isto successione fideicommissaria, quæ ad illius limites regulata censetur, Atque ista etiam responsio in suis respectivè casibus & effectibus esset quoque bona, Nihilominus ex his insimul junctis, ac ponderato etiam quodam communi usu deducto ex Italiae moribus juxta ponderationes Peregr. & aliorum in parte dispositiva contrarium tenentium, videbatur quod ob verisimilem testatoris voluntatem prima opinio esset probabilior; Cum enim, ut pluries advertitur *sub tit. de success. & sub altero de testamentis*, antiqui Italiae mores, ac leges inhærent contemplationi agnationis vocando ad successionem solum agnatos, neglectis tæminis & cognatis, omnium verò istorum æqualis concursus proveniat à jure novissimo Authenticorum, conditio in Grecia dirimente agnationis, & cognationis ac sexus differentiam eoque fortè ex quadam legaleica simplicitate per primos nostros majores post legum inventionem recepto; Hinc sequitur quod quando in loco conditum est statutum exclusivum feminarum & cognatorum, ita ille populus declaravit ejus animum continuandi juxta mores antiquos, atque abhorrendi istud jus novissimum Græcorum, diversum tam ab antiquo jure tabularum, quam

Cardim. de Luca de Fideicommiss.

à medio Digestorum, ac à novo Cædici; Et sic statutum attendendum non est in ratione auctoritativa, & tanquam causa præcisæ & immediata exclusionis, unde examinare oporteat, an capiat casum necne, sed in ratione interpretativa seu conjecturali ad effectum merendi verisimilem testantis voluntatem; Idemque circa exclusionem propriarum filiarum, illam capiendò tanquam unam ex conjecturis, quæ de per se debilis est ac non operativa, sed bene comprobativa dictæ verisimilis voluntatis resultantis à statuto & à communi usu ut supra, Nec non ab ipsamet reciproca substitutione inter primos, unde propterea prior opinio ad favorem feminarum isto casu partis dispositiva in concursu ad diversam portionem, potius cuidam legali rigori quam probabili rationi innixa videtur.

Actum etiam fuit in hoc responso de puncto; an lucrum vel respectivè damnum proveniens ex negotiatione per testatorem demandata, debeat esse ipsius hæredis gravati, vel potius hæreditatis, de quo puncto habetur particulariter actum infra in Bononien separationis bonorum disc. 191. & alibi.

MONTIS ALTI

SEV

MACERATEN.

FIDEICOMMISSI

PRO

BARBARA & BEATRICE
DE ANTONINIS

CVM

PATRIBUS S. Mariæ GRATIARUM
MACERATÆ.

*Casus disputatus coram A. C. pendet
in Rota.*

De eadem materia concursus feminarum, An scilicet istæ quamvis expressè exclusæ extantibus masculis, istis defectis succedant in fideicommissis etiam agnatis, & ubi expressa contemplatio agnationis habita est in concursu ulterioris substituti extranei, vel saltem faciant deficiente conditionem substitutionis, e jusque purificationem impediunt.

S V M M A R I V M.

1 **F**Acti series.2 **E**xistentia personarum positarum in conditione impedit purificationem conditionis, licet ipsæ non succedant.

L

3 **F**allit

LUCA
de
amentis
beat
CVI
9